



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

[De Natvrali Ex Vngvivism Inspectione Praefagio comment.]

Baldi, Camillo

[Bononiae], 1629

Proemium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13286

E X

V N G V I V M
I N S P E C T I O N E
P R Æ S A G I A.



X vngue cognosci Leonem ait adagium
vetus; An eadem ratione aliquid etiam,
ex vnguium inspectione de homine, &
humana natura præsciri potest? Physi-
ca hæc est interrogatio, ad metho-
dum physicam pertinet responsio, ea est
quæ ex notis nobis ad principia, & causas procedit, ergo
quid sint vngues earumque differentias, & causas specula-
bitur. Dixeris intenuilabor; At longe tenuiores sunt cor-
poris pili, eos tamen contemplatur **physiognomus**; Vrinæ,
egestiones, cæteraque excrementa corporis longe minus
quam vngues sunt homini coniuncta, & cognata, a Medicis
tamen tractantur, ac diligenter considerantur; Non ergo
omnino operam, & oleum nos esse perdituros putandum
est, si de vnguibus pauca quædam dicere aggressi fuerimus,
atque ab vniuersalibus ex confusis ad certiora, & manife-
stiora procedentes, explicare, quid sit vnguis & vnguium
causas, & differentias, & qualitates, & significationes ten-
tauerimus, nam neque vngues despexit Hipp. in progno-
sticis quem non imitari foret penè piaculum.

A

Quid